



Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam,
Nvnqvam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

In VVeingartensem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

pro Victoris Tununensis probauimus. Ut ut sint hæc si quis putat
 Prosperi Chronica, quæ extant, tantum membra esse amplioris illius,
 quod Prosper re vera ab orbe condito scripserit, næ ille meo am-
 mo non malam coniecturam habet. Nam emphasis præferre-
 dentur Gennadiana: Chronica nominis illius prætitulata legi,
 continentia à primi hominis conditione iuxta diuinarum
 scripturarum fidem. Tum me titulus etiam Ulricianum, s. colla-
 cis mouet: Incipit ex Chronicis Tironis Prosperi, Chronicorum
 Eusebij temporibus prætermisso. Vbi particula ex indicio
 est, nō tota exscripta Chronica. Cætera ita accipio, ac si descriptor Le-
 storem velit monitum, se Prosperi illa prætermisso, que cum Eusebij
 Chronico coinciderent. Et hanc sane causam suspicor, cur anterior
 Prosperi, & si forte Victoris, intercederint. Considera autem mibi, quæ
 (ut hoc obiter moneam) in Chronico Victoris initium: A 18. conflu-
 latu Theodosij Iunioris, Victor, Episcopus Tununensis Ec-
 clesiæ Africæ, historiam prosequitur, vbi Prosper reliquit.
 Igitur, &c. Hæc, inquam, verba, si quis accuratis inspiciat, non vi-
 dentur esse Victoris, sed addita ab aliquo, qui priorare fecit. Maxime
 mouet vocula: Igitur. Quæ quomodo initium integri Chronicæ? Con-
 firmat me Iudiciorum lib. de viris illustr. cap. 25. Victor Tununen-
 sis Ecclesiæ Africanæ Episcopus, à principio mundi usq; ad
 primum Iustini Iunioris annum, breuem, &c. nobilissimam
 historiam promulgavit. Hæc licet olim in præfatione Victoris pre-
 fixa, ad collectionem annorum ab Adamo, quam in fine habet, trans-
 xim; iam tamen malim difere intelligi de ampliori Chronico: cuius illa
 pars à principio mundi usq; ad 18 consulatum Theodosij Iunioris, ab
 exscriptoribus sit paſsim omisſa, eò, quod iam ab aliis fuerit pertrans-
 ta. Solent enim eiusdem argumenti scriptores alter alterius luminis
 officere. Et plane durum est credere, Gennadum scripſisse, ea se Pro-
 speri legiſſe, que nunquam viderit. Sed nec magni hæc disceptatio ma-
 menti, & in veramq; partem disputari potest.

IN VVEINGARTENSEM.

I Roslighardi) Hæc ab eodem VVeingartensi in Chronicofol. 219.
 vocatur Irmingarda. Salo-

Salomon Abbas & Episcopus Constantiensis. Vngari *f. 219. v. penult.*
Italiam vastavit. Hunc ait fuisse Salomonem eius nominis tertium,
illum ipsum, cuius carmen infra damus, quo hanc ipsam Vngarorum in
Italiam irruptionem deplorat. Instant Italides ipsi latæ ciuibus
vibes, &c.

LudevVICIUS regnauit annis 12. Verius umbra Regis, quam *fol. 220. v. 1.*
Rex: qui septennis puerulus regnum adiit. Vide quæ notamus in Sa-
lomonem Constant. qui orbitatem Germania, quasi sine Rege fuisse,
deplorat.

IN STERONEM ET EBERHAR.

D Y M.

V Num huc moneo, ut constet de bona fide. Et quæ ab anno 1152.
Steronis nomine dedimus, m. s. sine vlo interualllo & sine au-
tori nomine coniuncta sunt iis, quæ ab anno primo Rud. Habsburgij
hæc legiſte tellatur Eberhardus. Unde iuſpicio eſc, omnia Eberhar-
diſſe; præſertim cum Virſius reſtetur, Eberhardum annales ſuos ab
anno 1152. inchoaſſe. Neq; obſtar, omnia fere ad verbum (niſi, quod
offer codice in multis sit auctior) conuenire cum Sterone vſque ad
Habsburgium. Nam etiam ab Habsburgio, quæ Eberhardus ſua
officiatur, ea conueniunt ad verbum in quamplurimis cum Sterone,
quæ ab Habsburgio pergit annales pereſſere. Notum enim eſc
quam ſepe auctores illius aui alios transcribendo ſuos fecerint. Hic
tamen præter coniecturam nil ſtatuo. Et donec m. ſ. item decidat, ea,
qua certo ſunt Eberhardi, illi diſerte tribuimus: antecedentia vero,
qua nullum nomen præferunt, & cum Sterone ferè conueniunt, ea
Steronis nomine damus.

IN SANGALLENSEM SCRIPTOREM

VITÆ CAROLI M.

Circulos niſi V l. in eos) Prope liquere pronuncio corrigen- *fol. 396. v. 23.*
dum m. ſ. & legendum, vimineos. Sepes enim deſcrit. Petente filio ſuo, Trogoni Metensi Epifcopo) Ita qui- *fol. 369. v. 23.*
dem claris literis m. ſ. ſed vitioſe: reſtituendum; filio ſuo Trog-
o ne. fuit enim Trogofeu Drogo Caroli filius.

Pppp 3

Nota-